BIBLIA LATINA

Klosterneuburg, um 1310/1315

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ierunt fedus pro puteo iuramenti. Surrexit
autem abymelech et phycol princeps mili
cie eius. Reversique sunt in terra palestinorum.
Abraham autem plantavit nemus in
bersabee et invocavit ibi nomen domini
dei eterni. et fuit colonus terre palestinorum
diebus multis. XXII.
Que postquam gesta sunt temptavit
deus abraham et dixit ad eum. Abra
ham abraham. At ille respondit.
Adsum. Ait illi. Tolle filium tuum unige
nitum quem diligis ysaac et vade in
terram visionis. atque offeres eum ibi in ho
locaustum super unum montium quem mon
stravero tibi. Igitur abraham consurgens de
nocte stravit asinum suum. ducens secum
duos iuvenes. et ysaac filium suum.
Cumque concidisset ligna in holocaustum.
abiit in locum quem preceperat ei deus.
Die autem tercio levatis oculis vidit
locum procul. Dixitque ad pueros suos.
Expectate hic cum asino. ego et puer
illuc usque properantes. postquam adoravi
mus revertemur ad vos. Tulit quoque
ligna holocausti. et imposuit super ysa
ac filium suum. Ipse vero portabat in ma
nibus suis ignem et gladium. Cumque perge
rent duo simul. dixit ysaac patri suo.
Pater mi. At ille respondit. Quid vis fili
mi? Ecce inquit ignis et ligna. ubi est
victima holocausti? Dixit abraham.
Deus providebit sibi victimam holocau
sti fili mi. Pergebant ergo pariter. veneruntque
ad locum quem ostenderat ei deus. In quo
edificavit altare. et desuper ligna composu
it. Cumque colligasset ysaac filium suum.
posuit eum in altari super struem lig
norum. Extenditque manum et arripuit
gladium. ut immolaret filium suum. Et ec
ce angelus domini de celo clamavit dicens.
Abraham abraham. Qui respondit. Adsum.
Dixitque ei. Ne extendas manum tuam
super puerum. neque facias ei quicquam. Nunc co
gnovi quod timeas dominum. et non pepercisti fili
o tuo unigenito propter me. Levavit
abraham oculos. viditque post tergum
arietem inter vepres herentem cornibus.
Quem assumens obtulit holocaustum
pro filio. Appellavitque nomen loci illius dominus
videt. Unde usque hodie dicitur in monte
dominus videbit. Vocavit autem angelus
domini abraham secundo de celo dicens. Per
me metipsum iuravi dicit dominus.
quia fecisti rem hanc. et non pepercisti
filio tuo unigenito propter me. benedicam
tibi et multiplicabo semen tuum sicut
stellas celi. et velut harenam que est
in litore maris. Possidebit semen tuum
portas inimicorum suorum. et benedicentur
in semine tuo omnes gentes terre quia
obedisti voci mee. Reversus est abraham
ad pueros suos. abieruntque bersabee si
mul. et habitavit ibi. His ita gestis nun
ciatum est abraham quod melcha quoque
genuisset filios nachor fratri suo. hus pri
mogenitum. et buz fratrem eius. et camu
hel patrem syrorum et cased et azau. pheldas
quoque et ieleph. et bathuel de quo nata
est rebecca. Octo istos genuit melcha
nachor fratri abraham. Concubina vero
illius nomine roma peperit thabee et ga
ton et thaas et maatha. XXIII.
Vixit autem sara centum XXVII an
nis et mortua est in civitate
arbee que est ebron in terra cha
naan. Venitque abraham ut plangeret
et fleret super eam. Cumque surrexisset
ab officio funeris. locutus est ad filios
heth dicens. Advena sum et peregrinus
aput vos. date mihi ius sepulchri vobis
cum. ut sepeliam mortuum meum. Re
sponderuntque filii heth dicentes. Audi nos
domine. Princeps dei es aput nos. In e
lectis sepulchris nostris sepeli mortuum
tuum. Nullusque te prohibere poterit quin in
monumento eius sepelias mortuum
tuum. Surrexit abraham et adoravit po
pulum terre filios videlicet heth. Dixitque
ad eos. Si placet anime vestre ut sepeli
am mortuum meum. audite me et interce
dite pro me aput ephron filium seor. ut
det michi speluncam duplicem quam habet